



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.

Bredenbach, Tilmann

Coloniae, 1584

VD16 B 7375

33. De virtutibus Seueri sacerdotis, cuius precibus & lachrymis defunctus quidam ad inferos à dæmonibus deductus, vitæ restitutus est, & pœnitentiæ tempus & gratiam adeptus, tandem feliciter ad ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52445)

Excommun- signaret. Hinc templum eo loco conditur, &
icatus si mar renoualia peraguntur: quumque antistes hæc
tyr. verba pronunciaret, pax vniuersis: Sandapila
 templo excessit, idque non semel, sed bis ter-
 ue factum. Huic per quietem antistiti senior
 oblatus: Abito, inquit, & episcopo meo sis au-
 ctor, vt huc veniat, meque vinculis exsoluat.
 Nam officio me sacro exclusit, ideoque sacris
 interesse vobiscum, nequeo. Testimonij qui-
 dem coronam consequutus sum, sed Dei faci-
 em necdum conspexi. Quid si me ipse præse-
 ctus non exsoluerit, alius exsoluere non pote-
 rit. Quum igitur his obtemperatum esset, San-
 dapila templo excedere desijt. Atque hanc ob
 causam Deo cuncti gloriam tribuebant, qui
 seruis suis eiusmodi potestatem concessisset.
 Ioannes quidem orator ille aureus hac de re
 verbis huiusmodi differit: Nos secundum le-
 gem atque præscriptum Ecclesiasticum vin-
 cula quibusdam iniicimus. Ea si quis flocci
 pendit, is sciat mortis atque iudicij tempus ap-
 petiturum, quod ipsum doceat, Dei sermonem,
 & eius Ecclesiæ leges minimè falsas ac menda-
 citer excogitatas esse.

chrysostomi
locus.

Gregorius Magnus lib 1. Dialog. cap. 2. De
virtutibus Seueri sacerdotis, cuius precibus
& lachrymis defunctus quidam ad inferos à
demonibus deductus, vitæ restitutus est, &
pœnitentiæ tempus & gratiam adeptus, tan-
dem feliciter ad Dominum migrat.

C. A.

CAP. XXXIII.

In valle Interorina, erat quidam vir vitæ
valde admirabilis, nomine Seuerus, Eccle-
siæ beatæ Mariæ Dei genitricis & semper vir-
ginis sacerdos. Hunc cum quidam pater fami-
lias ad extremum venisset diem, missis conci-
liis ad extremum venisset diem, missis conci-
liis rogauit, ut ad se quantotius posset
venire, suisque orationibus pro peccatis eius
intercederet, ut acta de malis suis poenitentia
solutus culpa ex corpore exiret. Qui videlicet
sacerdos inopinatè contigit, ut ad putandam
viam esset occupatus, atque ad se venienti-
bus diceret: Antecedite, ecce ego vos subse-
quor. Cumque videret sibi in eodem opere pa-
rum superesse, paululum moram fecit, ut opus
quod minimum restabat, expleret, quo exple-
to, coepit ad agrum pergere. Eunti verò isti iti-
nere occurrentes hi qui prius venerant, obui-
am facti sunt, dicentes: pater quare tardasti?
Noli fatigari, quia iam defunctus est. Quo au-
dito, ille contremuit, magnisque vocibus se
interfectorem illius clamare coepit. Flens ita-
que peruenit ad corpus defuncti, seque coram
lecto illius cum lachrymis in terram dedit.
Cumque iam vehementer fleret, in terram ca-
pit tunderet, seque reum mortis illius clama-
re: repente is qui defunctus erat, animam re-
cepit. Quod dum multi qui circumstabant as-
picerent, admirationis vocibus emissis coepe-
runt amplius flere præ gaudio. Cumque eum
requirerent ubi fuerit, vel quomodo redisset,

D d ait:

ait: Tetri valdè erant homines, qui me ducebant, ex quorum ore & naribus ignis exibat, quem tolerare non poteram. Cumque per obscura loca me deducerent, subito pulchrè visionis iuuenis, cum alijs nobis euntibus obviam factus est, qui me trahentibus dixit: Reducite illum, quia Seuerus presbyter plangit: eius enim lachrymis dominus eum donauit. Qui scilicet Seuerus protinus de terra surrexit, ei-que poenitentiam agenti, opem suæ intercessionis præbuit. Et dum per dies septem de perpetratis culpis poenitentiam æger redimitus ageret, octaua die latus de corpore exiuit.

Eusebius libr. 11 histor. Ecclesiast. cap. 15. & 16.

Iustina Imperatrix Arriana Ecclesiarum statum perturbans, & exilia sacerdotibus interminans, Ambrosij precibus ieiunij & vigilijs ita retunditur, ut quæ illa sacerdotibus exilia præparauerat, prima cum filio sortiretur.

CAP. XXXIV.

Iustina Valentiniani Imperat. mater, Arriana hæresios alumna, impietatis suæ venena, quæ viuenti viro supprefferat, filio facile decepto fidenter aperuit. Igitur apud Mediolanum posita, cõturbare Ecclesiarum statum, comminari sacerdotibus depulsionis exilia, nisi Ariminensis concilij decreta, quibus fides patrum temerata fuerat, reuocarent. Quo bello Ecclesiæ murum & turrim validissimè pulsabat Ambrosium. Eumque minis, terroribus